

arduitas; innitemur tamen pro rerum magnitudine brevitati. ipse eciam<sup>(a)</sup> dabis veniam, qui et causam attulisti, nos evocando in tam amplum nec plane pervium campum certaminis. itaque providentia, ut ab ea, quoniam dignior, exordiamur, pars est prudentie, cuius 5 prudentie tres esse partes perhibentur<sup>(1)</sup>. he sunt: memoria, intelligentia, providentia. per memoriam preterita reminiscimur; per intelligentiam presentia perspicimus; per providentiam futura providemus. quid igitur est providentia, iam liquet. est enim ratio que res futuras digerit in suos fines. quanquam autem Deo sint 10 cuncta presentia, non ideo non est in eo providentia futurorum. licet enim illa, prout in Deo sunt, per ydeam et per noticiam ei presentia semper maneant, que et eterna cum eo sunt; ut in se ipsis tamen considerantur, non eterna sed temporalia sunt. quo fit ut nomnulla preterita dicamus, quod iam abierunt; aliqua presentia, 15 quod nunc instant<sup>(b)</sup>; quedam futura, quod, ut non sint modo, quandoque tamen « celi sub axem ventura sunt<sup>(c)</sup> », ut ait Maro<sup>(2)</sup>. at quid sibi velit quod nunc dixi, futura semper in Deo esse per ydeam atque noticiam, queris. idea quippe grece forma seu ratio est. sicut igitur in architecti mente forma est edificii, cuius ad instar forme 20 conficit edifitium, sic in summo omnium Opifice ydee, id est rationes seu forme, sunt omnia. atque pariter in eo est omnium noticia, qua etiam contingentia cognoscit. non quidem, ut cognoscunt homines, successive, quemadmodum producuntur, at simul omnia complectitur sua cognitio, que, tanquam simplicissima et ab omni 25 concretione semota, non tempore sed eternitate et infinitate mensuratur. que si, quandocunque fiunt, non uti per huiusmodi noticiam aut per ydeam sunt in Deo, sed in se consideremus, ea (ut iam dixi) futura dicimus ante quam fiant, horumque rationem, qua suo tempore prodeunt et qua in suos fines diriguntur, in Deo sitam, 30 dicimus providentiam. nec verendum ex eo libertatem arbitrii se-

La previdenza è una parte della prudenza, la quale si divide in memoria, percezione,

previdenza;  
e questa dirige le cose future ai loro fini.

Or se bene tutte le cose sono presenti a Dio, ed Egli ab aeterno è preso per nozione delle future; le cose, considerate in sé, non sono eterne, ma temporali, siccome noi le distinguiamo in passate, presenti, e future.

E le cose future sono ab aeterno in Dio per nozione, com'è nella mente d'un architetto la forma d'un edifizio ch'egli costruisce nella somiglianza d'essa.

Però, la scienza di Dio non è, come la nostra, successiva, ma abbraccia le cose, anche le contingent, tutta insieme ab aeterno, e fuori del processo temporale.

Le quali cose, considerate in sé, e innanzi che nascano, noi le chiamiamo future; e la ragione del loro venir in esse, che è posta in Dio, la chiamiamo previdenza.

La presenza di Dio non toglie il

(a) *M* enīm (b) *Codd.* instant (c) *Codd.* sint

(1) La triplice divisione proviene da CIC. *De invent.* II, lIII, 160, ma pare che lo Zabarella l'abbia presa da S. THOM. DE AQUINO, *Summa theol.* I, quaest. XXII, art. 1, giacchè vi si legge pure il luogo aristotelico citato più

sotto dallo Zabarella e cioè che la prudenza è « ratio ordinis rerum in finem ». Cf. ARISTOT. *Eth. Nicom.* 1140 a 25-b 30.

(2) *VERG. Aen.* VI, 789-90:

Caesar et omnis Iuli  
Progenies magnum caeli ventura sub axem.